

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Ioannes Baptista Donius Gaspari Scioppio suo Salutem

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1r>-<2v>

[-<f.1r>-] Ioannes Baptista Donius Gaspari Scioppio suo Salutem

[42. in marg.]

Quoniam aliquot [[iam]] [ante corr. supra lin.] menses te Mediolanum [[degere na]] commigrasse [[comm]] a communibus amicis comperi, nolui [[diutius proximitatis istius loci fructu carere]] Quoniam aliquot ante menses [[Mediolanum te commigrasse]] (calamitatibus Germaniae tuae ut opinor [[com]] impulsus) commigrasse te Mediolanum accepi ut aliquanto nobis propinquior sis; nolui diutius proximitatis istius carere fructu, ac te salutandi officio supersedere: [[En]] quamuis enim [[ami]] metuendum non sit ne amicitia quae bonarum artium commercio studijsque litterarum ualuit intermissione uulgarium horum officiorum diutinoque silentio quodammodo exarescat, attamen ut tibi in dies confirmatius sit quanti te faciam singularemque [[tuamque]] [tuam corr. supra lin.] eruditionem admirer opportunum duxi [[certiorem te]] tanto post intervallo calamum resumere tuoque [[<..>]] iucundissimo alloquo defungi; praesertim cum uehementer [aueam add. supra lin.] scire quid rerum geras, quoue in [<..>] litterarum genere [[ubi publica munia]] cum a publicis munijis uacat, uersaris: neque enim dubito quin egregium aliquid, [[publi]] et communiter profuturum pertractes: atque utinam copiosissimum illud Linguae Latinae Promptuarium tandem aliquando in publicum emittas. Sed uereor ne perturbatissimis hisce temporibus commodo tuo id facere non possis. De studijs nostris siquid [[scire desideras]] rogas; [[scire te uolo si tot]] Scito magna nos atque ut nostrum fert institutum [[quaedam et a paucis tractata ut]] abstrusaque moliri, quaeque alij fere uel desperatione effectus uel prauo contemptu neglectere. Illustrationem scilicet musicae disciplinae quae cum sola ferme, [[tot]] pleraque bonarum artium ad pristinum splendorem cultumque reuocatis, in sordibus iaceat ac tenebris propter ignorantiam uetustatis quam Barbarorum desolationes, [[int]] deflagrationes Bibliothecarum, [[manis]] prauorum incuria inuenerunt,

me est pulcherrimae disciplinae, ac simul totus fere in eam curam ac cogitationem incumbere cepi [-<f.1v>-] ut auxilio Graecorum codicum qui pauci ex ingenti numero nobis supersunt [nobilissimam add. supra lin.] hanc facultatem [pro parte mea add. supra lin.] restituerem. [[Multaque]] [[Multa itaque nec uulgaris gustus ad hanc diem collegi, multa digessi multa]] Cum igitur Dei immortalis beneficio suppeterem mihi quaedam praesidia cognoscerem ([[q]]) atque utinam sic reliqua

) quae tantam prouinciam suscipienti necessaria uidebantur uidelicet [[nonnullam

Graecorum litterarum notitia<m> hodiernae hoaernae musicae quamdam etiam nonnullam etiam]] usum aliquem Grecae linguae, hodiernae melopoeiae nonnullam etiam peritiam, [[tum]] caeteraque eiusmodi rem [[<..uibus> gr]] melioribus saltem gratam me facturum existimaui si spartam hanc aetatis uitio male habitam excolerem. nec poenituit operae [[hac]] [[aut]] consilioque plurima enim a nemine hodie animaduersa deprehendisse me puto quae nisi me animus fallat summopere utilia huic facultati erunt. Praeter alia uero librum nuper absolu in quo Lyram Barberinam (sic enim organum musicum a me inuentum seu otius Lyram ueterem deintegro restitutam ac nouis parergis ornatam indigitaui) [[quam una]] cum suis partibus partiumque nomenclaturis accurate describo: ac per occasionem antiquam lyram citharamque affinesque organorum species, totamque ueterem citharodiam non diligenter ut [mihi add. supra lin.] uidetur persecutus sum: adiunctis etiam multis Iconismis [[et]] ac uetustorum organorum imaginibus quae tractationem hanc illustrare poterant. Addidi etiam onomasticum complurium uocabulorum (quorum maior pars Graeca sunt) ad musicam spectantium: cuius ope multa huius facultatis pure eloqui atque explicare licebit: tum etiam poemata duo musicis modis ita aptata ut quantitatis syllabarum ratio atque emendatae pronuntiationis seruetur [[quod]] quae res nemini opinor hactenus tentata felicissime cessit; [[ipsis iocundissimam modulationem]] si quidem uel ipsis fatentibus musicastris quibus res perabsurda uidebatur sic rhythmi lex seruata est ac melos quoque suauiter utrobique flueret. alterum est carmen Hyporchematicum in redditum Sancti Domini Nostri ex Albano secessu [[al]] in [-<f.2r>-] quod

Diastalticae melopoeiae specimen [[sumsi]] sumpsimus alterum Monodiam in obitum Verginij Caesarini cuius optimi patris ac musarum Maecenatis egregij memoriam [[quo]] uti licuit renouare studiuimus: in quo systalticam melopoeiam ac moliores id est maestiores affectus non [aprosdyonusos] ut opinor expressimus. Ceterum organi [[sonus aphuis]] illius sonus quem fabricari fecimus plane suauissimus deprehensus est Et qui hac in parte non minus [[quam]] figura cum testudine sambucaque quam harpam uocant communicet plurimum [[seu]] qua propter non indignum mihi uisum est quod Serenissimo Domino Nostro una cum libro dedicaretur eiusque symbola (quae utcumque in hac [[deli]] rudi delineatione expressa uides) paeferret. Amphichordum uero ideo nuncupamus quod [[per]] [cum corr. supra lin.] sit tamquam duplex organum altera ex parte aereas fides ex altera nerueas aptauimus, cum alijs nonnullis non illepidis additamentis quae nihil attinet recensere. satis enim mihi videor abusus otio ac patientia tua qui grauissimis te fortasse rebus intentum [[asus]] ausus sim [[interpellare]] canoris meis nugis interpellare. Dabis igitur ueniam amicissime atque optime uir fiduciae erga [[me]] [te corr. supra lin.] [[tuae]] [meae corr. supra lin.] quam conscient plenissimae tuae [[tui studiosos]] [humanitatis corr. supra lin.] praesertim [[humanitatis]] in tui ac litterarum studiosos qualem [me add. supra lin.] profiteor, [[assum]] assumpsi; [[<..>]] ut de lucubrationibus [[prolixius]] [[puto]] [[prolixiorem]] prolixius [[uerba facerem in quo scias non <..>]] tecum agere, non tam captandae approbationis meae causa de qua minime unquam dubitauui, sed adiumenti potius [[demerendi]] Cum enim in omni genere scientiarum ac disciplinarum consummatissimus sis praecipuasque [[Bib]] Europae [[bibil]] bibliothecas et reconditiores etiam quasdam peruolutaueris optima sum in [[in]] spe [[non neminem]] indicium te mihi facere posse alicuius scriptoris musici uetustique [[neq]] nec usquequaque noti qui commentarios meos ditare possit Rogo igitur siquem [[nosti]] [[eius generis nosti qui]] nosti [[ex eo potissimum numero]] qui Gesnerum Posseuirum ac reliquos latuerit, praesertim in Ambrosiana Bibliotheca [[ut]] ut eum commonstrare mihi uelis [-<f.2v>-] atque hanc [proairesin] meam [[ut]] disciplinam musicam illustrando tuis consilijs ac monitis promouere. Rem mihi facies supra quam dici possit gratam meque ad obsequendum tibi paratissimum senties. Vale